



*Cicero's De fato: introduction to a new critical edition*

1. The tradition of *De legibus* (Schmidt 1974)



2. The tradition of *Lucullus* (Malaspina 2018)



3. *Div. 1, 127: praeterea cum fato omnia fiant, id quod alio loco ostendetur, si quis mortalis possit esse qui conligationem causarum omnium perspiciat animo.*  
*Div. 2, 19: sed tamen apud Stoicos de isto fato multa dicuntur; de quo alias; nunc quod necesse est.*
4. *Fat. 1-2: Quod autem in aliis libris feci, qui sunt de natura deorum, itemque in iis, quos de divinatione edidi, ut in utramque partem perpetua explicaretur oratio, quo facilius id a quoque probaretur, quod cuique maxime probabile videretur, id in hac disputatione de fato casus quidam ne facerem inpedivit. Nam cum essem in Puteolanum, Hirtiusque noster consul designatus isdem in locis, vir nobis amicissimus et his studiis in quibus nos a pueritia viximus deditus, multum una eramus.*  
*Fat. 4: Sed quoniam rhetorica mihi vestra sunt nota teque in iis et audivimus saepe et audiemus atque hanc Academicorum contra propositum disputandi consuetudinem indicant te suscepisse Tusculanae disputationes, ponere aliquid, ad quod audiam, si tibi non est molestum, volo.*
5. *Att. 14, 20, 4: Quod Hirtium per me meliorem fieri volunt;*  
*Att. 15, 1, 2: Primum [...] nihil mihi concedebat, deinde ad summam arbitrum me statuebat non modo huius rei sed totius consulatus sui;*  
*Att. 15, 1, 3 Ego autem perspexi, cum a me [...] proficisceretur Hirtius, omnem eius sensum. Seduxi enim et ad pacem sum cohortatus;*  
*Att. 15, 3, 2: Hirtius tuus est;*  
*Att. 15, 5, 1: A Bruto tabellarius rediit; attulit et ab eo et Cassio. Consilium meum magno opere exquirunt, Brutus quidem utrum de duobus. [...] Cassius vero vehementer orat ac petit ut Hirtium quam optimum faciam. sanum putas? Ὁ γναφεὺς ἄνθρακας.*  
*Att. 6, 1: Cum ad me Brutus noster scripsisset et Cassius, ut Hirtium, qui adhuc bonus fuisset <meliorem facerem, quem neque adhuc bonum fuisset> sciebam, neque eum confidebam fore mea auctoritate meliorem.*
6. *Fat. 3: nec enim, id quod recte existimas, oratoria illa studia deserui, quibus etiam te incendi, quamquam flagrantissimum acceperam;*  
*Fam. 7, 33, 1-2: Quod Hirtio invideres, nisi eum amares, non erat causa invidendi, nisi forte ipsius eloquentiae magis, quam quod me audiret, invideres. [...] Nam et Cassius tuus et Dolabella noster [...] studiis iisdem tenentur et meis aequissimis utuntur auribus;*

*Fam. 9, 16, 7: Hirtium ego et Dolabella dicendi discipulos habeo, cenandi magistros, puto enim te audisse [...] illos apud me declamitare, me apud illos cenitare.*

7. *Att. 13, 12, 3: Ergo illam Ἀκαδημικήν, in qua homines nobiles illi quidem sed nullo modo philologi nimis acute loquuntur, ad Varronem transferamus. Etenim sunt Antiochia, quae iste valde probat.*
  
8. *Fat. 3-4: Quid ergo? inquit ille, quoniam oratorias exercitationes non tu quidem, ut spero, reliquisti, sed certe philosophiam illis anteposuisti, possumne aliquid audire? [...] Tum Hirtius Gratissimum, inquit, et tuorum omnium simile; nihil enim umquam abnuit meo studio voluntas tua. Sed quoniam rhetorica mihi vestra sunt nota teque in iis et audivimus saepe et audiemus atque hanc Academicorum contra propositum disputandi consuetudinem indicant te suscepisse Tusculanae disputationes, ponere aliquid, ad quod audiam, si tibi non est molestum, volo. [...] Ita, inquit, audiam te disputantem, ut ea lego, quae scripsisti.*
  
9. *Att. 14, 22, 1: meus vero discipulus qui hodie apud me cenat;*  
*Att. 14, 11, 2: Hic mecum Balbus, Hirtius, Pansa. Modo venit Octavius, et quidem in proximam villam Philippi, mihi totus deditus.*